Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Post hec igitur cum proficiscendi tempus instaret beatum gallum repentina febris inuasit. Unde abbatis sui pedibus aduolutus indicauit se infirmitate uehementi laborare. Et propositum non posse proficere. Ille uero existimans eum pro laboribus ibidem consumatis amore leti detentum uiae longioris detrectare laborem. dixit ei. Scio fratrem iam tibi onerosum esse tantis pro me laboribus fatigari. tamen hoc discessium denuntio me me uiuente in corpore missam celebrare presumas. Et cum ei licentiam pro se conuersandi dedisset. inuitum ingressum abeundi. Post discessum magistri et sociorum. gallus retia sua et sagenam naui imponens ad vvllumarum prbm uenit. Et cum optulisset ei retia. inter lacrimas et suspiria retexuit omnia que gesta fuerant circa fratres suos. Et de ipsa infirmitatis suae causas aperiens. rogauit eum ut sui curam dignaretur habere. Iuuenis suscipiens eum cum omni caritatis obsequio. domum uicinam ecclesie ei necessitati concessit. duobus clericis suis magnoaldo et theodoro. hanc sollicitudinem commendauit. ut cum omni diligentia eius recuperationi seruirent. Exactis aliquot diebus dnus quidem medicus et uerum medelam inpertiente cepit sumere cibos. et pincernam temporum conforcitate pertam indepte sanitatem. Et infirmitatem omni